



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1613

De Donariis Papae Et Cardinalibvs Et redditu Bohemiam. Capvt VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

tur, qui temporale obsequium, ad diuinū cultum perpetuum noscitur commutare ex superioris dispensatione prouida. Ex causa enim probabili decreuimus, quod recompensatio voti sit melior, quam peregrinatio in hac parte, & Deo magis accepta. De plenitudine itaq; potestatis pro voto Hierosolymitano, tecum, fili charisime, dispensamus, ut ad honorem gloriose Virginis Matris Christi, fides claustrum sub obseruantia Præmonstratenſis Ordinis regulari, & dotes abunde, quod plurimis idoneis laudis diuinæ præconibus, & ministris sibi congruentibus adoratum, mœrentium, & plangentiū, propter crucis Christi meritum, fiat remediu singulare.

DE DONARIIS PAPAE
ET CARDINALIBVS ET
reditu Bohemiam.

CAPVT VI.

HRoznata vir inclytus, alaci animo & constanti, summi Pontificis verba ingenti maturitate prolata, pectore hauriens sitibundo, ad pedes præsidentis

hum

humi prosternitur, & lachrymans deuotione sincera & humili gratias agit, quod fluctuantis animo mansuetudine responsonis paternæ refectus, conscientiæ securitate lætetur, & tantò feruentius proposito sibi consilio salutari annuit gratulando, quantò copiosius illud idem poterat, & sperabat se posse perducere ad effectū, maximè cum illis temporibus, nobilitate generis, diuitiarum affluentia, bohemos præcelleret vniuersos. Datis itaque munieribus summo Pontifici, & Dominis Cardinalibus, benedictione accepta, urbem reliquit, & voti commutatione salutifera recreatus, in Bohemiam proficiuntur hilaris & iucundus.

DE CONFIRMATIONE REGALI.

CAPVT VII.

PRosperatus in itinere venit in Bohemiam, patriam suæ nativitatis optatam; ubi corpori laboribus in itinere fatigato, aliquantula quiete indulta, locum amœnum quærit & aptum, in quo ad laudem Dei & honorem Virginis glorioſæ, fundamenta clauſtri primordia, iaciātur,

S 3

& in-